


4

VOTA Nuptialia
IN FESTIVI-
TATEM Nuptiarum
PIETATE, VIRTUTE, ERUDITIO-
ne & candore animi præstantis viri, Domi-
ni NICOLAI POLI SPONSI,



Lectissimæ fæminaæ APOLLONIAE,
bonesti & optimi viri CHRISTO-
PHORI ERNESTI, CIVISTHORV-
iensis relictæ viduæ, Sponsæ.




Celebratarum Kal. vibris.
Concepta & nuncupata ab AMICIS.



Toruny Borussorum
EXCVDEBAT ANDREAS
COTENIVS.

Anno M. D. XCVIII.





Orrea fertilibus dum cōplet messor
Caristis,
Arboribusq; vigor sūmus sūcreuit in
hortis: (colono:
Vt fructus remeante darent humore
En noua Turoniæ surgunt de mœnibus acta
Iubila, mixta iocis, lætissimā pompa frequentat
Templa sacrata Deo: celeri ceut turbine factō,
Peruolitant volucres plaudentibus æthera pennis,
Sic optata dies HVLDRICO exorta refusit,
Qua sibi dilectam coniungit fœdere Sponsam.

Auxiliante Deo, Charitum comitante caterua,
Connubij solenne sacrum, SCHOBERE, parasti:
Connubium, quo non aliud præstantius ullum
Fœdus habent homines, EVA cum Virgine casta
Lætus inis, vitæ sociam tibi iungis amatam.
EVA suo velut est primæua ascita marito,
Cùm Deus illorum thalamo paronymphus adesset,
Multiplicare iubens homines & crescere plures:
Læticiae certum est cœlos bona signa dedisse:
Hæc imitetur & hæc celebrans pia turba choreas,
Cœtus amicorum præsens sua gaudia fundat.

Fex hominū fugiat procul hinc turpisima Momi,
Hinc abeat, quicquid poterit renouare dolorem.
Sunt etenim fausto spargenda syymbria Sponso
SCHOBERO, quo gestit ouans Parnassus alūno,

Quo Charites gaudent, lætū huic Pæana canamus.

Texite Pierides Musæ noua sertæ Poëtæ
Egregio, viridi redimite & tempora Lauro:

Texite sub sertis, vitæ præcepta beatæ,
Corporis ac animæ, fortunæ ut sint bona salua
HVLDRICO, quo non viuit mihi charior alter.

Eius auus quondam Normberga clarus in vrbe
Vixit, at in Lygijs Lubenæ constituit res
Ipse suas genitor, studiosus cultor honesti:
Bis septem mecum constans exegit in annos,
Addictus paribus studijs, Permessidos vndas
Hausit, amore pio teneris & adhæsit ab annis.
Non malus arte Sathan disrumpet vincula pacis,
Vincula quæ primis hucusq; tuemur ab annis,
Omnes & reliquos sine labore tuebimur annos.

Bresla deinde viri Musam sic arte poliuit,
Non minor ille foret priscis vt vatibus illic.
Hinc vrbe in Philyres superauit culmina montis
Parnassi, didicit perfectus & ipse docendo:
Lipsia digna quoad daret ornamenta labore
Exhausto, HVLDRICO nomē titulūq; Magistri,

Deniq; turrigeram fatis accitus ad vrbum,
Gymnasium doctamq; piè docet ille iuuentam;
Collectasq; penu depromit diuite merces
Ingenij, cum laude viro vt sit amabilis omni.
Cura viri prima est, pura cum mente supremum
Sollicitare Deum, Timor hic sapientia summa est;

Sed, quales Superum Rex pius & potens
Eoīs homini inseuit in hortulis,
Primo costigenam iungeret ut viro
Euam: & iura toro daret.

Hinc ortae, puero quas Veneris dicat,
Vatum Musa, faces: hinc parili duo
Flamma corda calent, quam, nisi, soluere
Fati, nulla potest dies.

Hinc est, PYRNESIO quod geni-
tam Patre (procas
EUAM HVLDRICVS amat, quodq; reci-
Flamas EVA fouet pectore, & optimum
HVLDRICVM thalamo expetit.

O mellite puer, blandidule ô puer,
Furtiuis genitus matre furoribus
Fam seruis licitis castus amoribus
Totus coniugio sacer.

Quantus iam iaculis surget honor tuis?
Æquales agitas quando animis faces,
Docto ut doctus amet progenitam Viro,

Phæbi ille, hac Charitum decus.

Non

Non hanc Idalijs harmoniam iugis
Inuenit genitrix: Numinis abdita
Sed vis edocuit, dissita longius

Tandem pectora iungre:

Sponsum ex Elisijs cogere collibus
Ad pisco sa vagi flumina Vistulae,
Quà prisco celebrem Toruniam situ

Nympharum celebrat chorus.

Fatis stat thalamus: Sæpè quis exteris,
Natali procul à limine, mænibus
Insperata tori gaudia concipit
Castis latus amoribus.

Fato, Sponse, etiam Sponsa venit tibi,
Iampridem thalamo consilijs Dei
Sponsa electa tuo, cum patriæ fores

Vel doctæ incola Phillyres.

Et iam festa agitur coniugio dies,
Dextræ dextra datur: fulgidus annulo
Resplendet Diamas, qui sociam fidem

Et tœdæ celebrat decus.

Dat Pœana sono dispare Musica,
Sponsorumq; sonant organa honoribus,



DN. NICOLAO PO-
LO ET APOLLONIAE ERNESTINÆ
νεογάμοις.

Nota requirenti quis vota negaret amico?
(**E**n primis thalami qui pia iura subit.
Vix aliud vitæ genus est, quod Rector Auerni
Vel maiore odio vel grauiore petat.
Ergo repellendus precibus saeuissimus hostis,
Et tu jure preces poscis, & ipse dabo.
Hoc vobis igitur votis ardentibus opto:
Ut ne vos unquam turbida vexet Eris.
Utq; per æternum capiens primordia' Numen,
Mutuus in vestro corde perennet amor.
Et quoniam soboles fomenta ministrat amori,
Nec sobolem vobis abnuat, oro, Deus
Deniq; sufficiat, vitæ quis postulat usus
Exorata Dei Dextra faventis opes.
Haec tibi cum sponsa, cultissime sponse, precamur,
Utq; preces valeant, tu quoq; funde preces.

M. Huldericus Schöberlin.

EPIGRAMMA.



T thalamo tœdisq; tuis gratantia scribam
CARMINA, IVRE QVIDEM VIS
LEONICE, bono.

Verum, læta novis debentur carmina Sponsis
Sed malè dat morbus carmina læta meus:
Febris enim fibras nimiūm populatur & artus,
Torret & ardenti tabida membra foco.
Et certè me penè neci violenta dedisset,
Ni Deus & Medici cura tulisset opem.
Ergò quare alium vestros qui cantet amores,
Et devota tibi carmine vota ferat.
Opto tamen quæcunq; potest optare precando
Mens hominis vestro commoda cuncta toro.

Faciebat ne nihil faceret in morbo
MATTH. NIZOLIVS.



ALIVD.

Aριμὴν οὔτε μέντι ποιμῆρ ἀγραυλος, ἐπειδάμη
πάντα ὅλως ἡδη ἐνίστοτα μῆλα θάνη.
Οὐτω μήτε διαρκήσει πόλις οὔτε ιολή ἄνθες,
Δεσμὸς λήγοντος παιδιστόκοιο γάμος.
Χρήσιμος οὖρ ἀυτὸς πέλεται ἐρικυδεῖ πάτρα,
καὶ σώζει βιοτῆ, ἐν θανάτῳ τε σαφῶς.
Ωσδε γαμῆ, τηρῶν πρόσαγμα θεοῖο, γυναικα⁹
τέκνατε γεννᾶς ἐνι μεροεντι γάμῳ.
Ενσεβη, ὅτι λιπῶμ τὰ διθύρματα τερπνὰ γάμοιο,
Αείπει Τόνος δόλας παρμεδέοντι βεῖ

ΖΩΗ, ΖΩΗ

Kαὶ, Πατέρων ἀλλῷ βιότοιο ὁ **Ἄλως**:

ΩΣ λύχνῳ συνεχῶς καίσμενῳ, τελέσῃ
Τούνεκα ιψὲ σὺ ποθέσις ὡς γαμβρὸς ἄκοιτην ἀγεδόνην
φίλτατε, ὥφελέντις πατέσθι ὅφρα τεκ.

EIS χρῆστιν κοινῇ ἐξ ἔργα τίθησι μέλισσα.

Τίπτε καὶ δύ μᾶλλον χρὴ Τόδε ἀντί, αγαθόμης
Εμμερεῖ ἐυσεβίζ τάντη σοι ὅπιδεν δύσσα.

Σωάρτκη, ἢν ἔλαχες, κόσμες ἀλλὲ καλῶς.
Τίμα ἀεὶ πρατίδεσι θεόν, ἀσκει τὸ δίκαιον,

καὶ ἐνεργεσίκη, ἐν δίω ἀργαλέω.

Κοσμῆσις ιψὲ σπάρτην πολυφίλτατε μῆνσος ἀμέμπτως!

Δώσει ιψὲ λιταργῶς μῆνατα λοιπὰ θεόν.

Εὔχομαι δύνιν ὑμῶν κλετὸν θοινήτορα Τότον.

Ὕνει ἔντε φίλῳ, πνευματὶ ἔνθη ἀγίῳ.

Υμετέρηστος ἔντες τὰ ἀθύρματα τερπνὰ δπάζωρ,

Δώματῷ ἀντός ἄκῳ, φρέσιορ, ἄλκορ, ἔπι

Δῦν ἀρκεῖ σύμπαντα ἔχεις, ἐν πάμασιν οὐκον,

Εἰν ἀγαποῖς ἀνίνον, ιψὲ πολει κλετὲ πόλον.

Μάντα γαρ ἀτρεκέως ὅδι ἔχει καν δυνέν ἔχεισι,

Κοίσανον ὅς Βηλός Τότε πολύολβον ἔχει.

CHRISTIANVS BVRCHARDI

Malchim: Megapolitanus.

ALIVD EIVSDEM.



Mphitryoniades ubi jam pubescere cœpit;

In deserta procul dicitur iſſe loca.

Cumq; ita pensaret titubans examine mentis;

Quæ tibi quæ vita est ingrediunda via;

Protinus accurrunt referentes ore puellas,

Blanda hinc Mollities, improbus inde labor.

Inq; suam certant summo conamine virtus,

Et vitium, juvenem ducere forte viam.

Δ 3.

Talia

Talia non raro, liquet ut, sentire iugalis
Expertes thalami, fœmina virgines solent.
Quorum sœpè trahit dubias sententia mentes;
Vix num melius, nubere sive foret.
Mox, cum segnicie, est præstò, mellita voluptas;
Subdola fallaces mittit ab ore sonos.
Abstineas Tædis; operoso namq; labore,
Curis nec varijs, néve dolore carent.
Hem via difficultis, præacutis obsita dumis!
Quò tendis; potius flecte reflecte gradum.
Insano quidnam iuvat indulgere labori;
Huc age, delicijus usq; fruare meis.
Excipit at contrà Virtus comitata labore;
Et quæ perpessi meta laboris honos.
Falleris ô multum, si sic persuasus iniquè,
Molle quod ostentat carpere pergis iter!
Falleris hei si sic! at enim tibi meta suprema.
Claris est oculis inspiciunda prius.
Plùs animis nocet incautis illapsa voluptas;
Lurida quam pestis, tela vel hostis atrox.
Aspice: quid cernis residens in vertice summo?
Dedecus, interitum, tormenta dira necis.
Ergo veni, dextrum thalami & monstravero calle.
Durius est primum (vera fatebor) iter.
I lumina sed torque nunc ad fastigia; nonne
Apparent, requies, laus, decus, atq; salus?
Ut splendore domus nitido placet ista coruscans;
Quâ licitus parili floret amore torus.

Quā vel plantantur Cœli pietate; vel agmen

Natorum celebrat voce sonante Deum.

Certè non adeò Cœli vernantis honores

Rident, arridet quām domus ista mihi.

Cedite quapropter fruges bonūmere nati

Vos fuci: cedat desidiosa Cohors.

¶ Adsunt Herculei, duros pietatis amore,

Qui casus hilari vincere mente student.

Talis & est noster Sponsus Nicolavus ab annis:

Qui primis Clarias sedulus hausit aquas.

Ocia sectatus non unquam est marcida luxu;

Fœdæ nec Veneri deditus ille fuit.

Sed patiens operum, studijsq; addictus honestis,

Tutijs instruxit pectus ad omne malum.

Pubis nec renuit studiosæ fingere mores;

Ludi dum Patri pars veneranda fuit.

Hos ego virtutum stimulos, hæc semina laudum

Sponse reor: fructus nunc cape: messis adest.

En primos: Veneris sacro dum carperis igni,

Dexter Apolloniam iungit Apollo tibi.

Cuius et inflexit sensus tua lausq; bonumq;

Nomen, vt optarit te sibi cauta virum.

Scilicet ut prisci tecum post fata mariti,

Vitam transigeret non sine laude suam.

Et blandam sobolem lecti ceu præmia casti

Susciperet, plantans Cœlica regna domi.

Eia agite ô dulces animi; vestigia tali

Tramite coniugibus sunt facienda p̄isse.

Pergite: vos & honor, concordia, justa senectus
 Cinget, opum quin & copia dante D E O.
 Hæc precor: ac C H R I S T V S cui vincla iugalia cur
Annuet: & votis uberiora dabit.
 Extremi, nec quæ suprema est meta' laboris
 Deërit V E R A , fide nempe roganda, S A L V S.



ALIV D.

Lliciti D E V S est vindex horrendus amoris,
 Spurcāq; crudeli pectora sorte premit.
 Propter adulterium primævum perdidit orbem,
 Illum suffocans agmine grandis aquæ.
 Propter adulterium perierunt tecta Gomorrhæ
 Et Sodomæ, veluti Biblia sacra docent.
 Hoc igitur vitium fugiamus pectorè toto,
 Supremi ne nos sorbeat ira D E I.
 Diligit at contrà D E V S hos, qui pectorè casto.
 Legitimi cupiunt fœdus inire tori
 Et promittit eis tranquillæ tempora pacis:
 Et post hanc vitam gaudia summa poli.
 Sic sibi legitimo N I C O L A V S junxit amore
 Formosam sociam: jussit ut ipse D E V S.
 Sponse tuam Sponsam vero complectere amore,
 Sic rursus Sponsum dilige Sponsa tuum.
 Omnia fausta precor: lectum concordia cingat:
 Et pax atq; fides pectora vestra regant.

Viuite